

*mulieres ira & odio incensas . hæ nulla sermonis suavitate
leniuntur : neminem audiunt : nullis precibus exorantur :
estque ita , quemadmodum apud Euripidem dicitur de
malis mulieribus :*

*Intolerabilis marinarum undarum æstus est ,
Intolerabiles torrentes , & ignis flammæ fervidæ :
At nihil æque intolerabile , ac mulier mala .*

CAPUT HEBRE] *Orphea Lyra significat studium Orphea
Poetices : id apud Lesbios floruit , Orpheo in Thracia ex- Lyra pro
tincto : atq; adeo fingitur ea pervenisse ex Thracia in Les- studio poc-
bum insulam , sicuti testis est Phaulces vetus Poeta , tices .
qui ait :*

*Ex eo cantus & dulcis citharista profecti [cissima
Hanc incolunt regionem , omnium autem est hæc dul-
Loquitur enim de Lesbo insula & de Lyra Orphei istuc
delata .*

*Lucianus narrat de eadem Lyra rem memorabilem & Neanthus
visu dignam , scribit Neanthum Pyttaci tyranni filium ind dum Or-
Lesbo affectasse gloriam Orphea similem & furtim abstu- pheum in
lisse divinam illam Lyram , in templo Apollinis suspensam , permul-
qua in permulcendis feris Orpheum imitaretur : sed hanc cendis feris
imitationem ei infeliciter evenisse . Noctu enim cum ob- imitatur à
ambulantem in suburbio , & imperite canentem Lyra , canibus di-
exivisse omnes canes , usq; cocuntibus fuisse dilaceratum . laceratur .*

LAPIDEM RICTVS] *Anguis in silicem mutatus , Obtrecta-
qui Orphei caput laceravit morsu , fuit Lesbius (ut opinor) tores simi-
obtrectator , qui mortuum insectatus est . Tales enim sunt les angui .
& angue crudeliores , & duriores silice qui famam bono-
rum hominum , præsertim mortuorum , lacerant .*

F A B . II . NON IMPVNE &c .

De Thraciæ mulieribus in arbores .

F A B . III . NEC SATIS &c .

De tactis à Mida in aurum , & de aurea Pa-
ctoli fluminis arena .

Mida